**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

# Biblia Latina - Cod. Aug. perg. 154

**[Reichenau ?], [14. Jh.]**

Epistola ad Thessalonicenses I

urn:nbn:de:bsz:31-42065

Visual Library

unicuique respondere. Que circa me sunt omnia nota
vobis faciet Tythicus karissimus frater et fidelis
minister et conservus in domino. quem misi ad
vos ad hoc ipsum ut cognoscat que circa
vos sunt et consoletur corda vestra cum Ho
nesimo karissimo et fideli fratre. qui est ex vobis. que
omnia que hic aguntur nota facient vobis.
Salutat vos Aristarcus concaptivus meus
et Marcus consobrinus Barnabe. de quo accepistis
mandata. Si venerit ad vos suscipite il
lum. et Ihesus qui dicitur Iustus qui sunt ex circumci
sione. Hii soli sunt adiutores mei in
regno dei. qui michi fuerunt solatio.
Salutat vos Epafras qui ex vobis est ser
vus Christi Ihesu. semper sollicitus pro vobis in
orationibus ut stetis perfecti et pleni in omni
voluntate dei. Testimonium enim illi perhi
beo. quod habet multum laborem pro vobis et pro hiis
qui sunt Laodicie et qui Ierapoli. Salu
tat vos Lucas medicus karissimus et Demas.
Salutate fratres qui sunt Laodicie et Nym
pham et que in domo eius est ecclesiam. Et
cum lecta fuerit apud vos hec epistola. faci
te ut in Laodicensium ecclesia legatur. et ea
que Laodicensium est vos legatis. et dicite Ar
chippo. Vide ministerium quod accepisti in
domino. ut illud impleas. Salutatio mea
manu Pauli. Memores estote vinculorum
meorum. Gratia domini Ihesu vobiscum. Amen.

Explicit epistola ad Colosenses. Incipit prologus

Thessaloni in epistolam ad Thes
censes sunt salonicenses
macedones. Qui accep
to verbo veritatis persti
terunt in fide etiam in persecutione civium
suorum. Preterea nec receperunt falsos apostolos
nec ea que a falsis apostolis dicebantur.
Hos collaudat apostolus scribens eis ab Athe
nis per Tythicum. Incipit epistola ad Thessalonicenses

Paulus
et Silvanus
et Timotheus
ecclesie Thessa
lonicensium
in deo patre et
domino Ihesu Christo.
Gratia vobis et
pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus
vobis. memoriam vestri facientes in
orationibus nostris sine intermissione. me
mores operis fidei vestre et laboris et ca
ritatis. et sustinentie spei domini nostri
Ihesu Christi ante deum et patrem nostrum. scientes fratres
dilecti a deo electionem vestram. quia evangelium no
strum non fuit in sermone tantum. sed et in vir — ad vos
tute et spiritu sancto et in plenitudine multa
sicut scitis quales fuerimus in vobis propter
vos. Et vos imitatores nostri facti estis et
domini. excipientes verbum in tribulatione multa
cum gaudio spiritus sancti. ita ut facti sitis forma
omnibus credentibus in Macedonia et in Acha
ia. A vobis enim diffamatus est sermo domini
non solum in Macedonia et in Achaia. sed in
omni loco fides vestra que est ad deum profecta
est. ita ut non sit nobis necesse quicquam loqui.
Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum
habuerimus ad vos. et quomodo conversi estis ad
deum a simulachris servire deo vivo et
vero. et expectare filium eius de celis quem
suscitavit a mortuis Ihesum. qui eripuit
nos ab ira ventura. Nam ipsi scitis fratres
introitum nostrum ad vos. quia non inanis fuit.
sed ante passi et contumeliis affecti sicut scitis
in Philippis. fiduciam habuimus in deo nostro
loqui ad vos evangelium dei in multa sollicitudine.
Exhortatio enim nostra non de errore neque de
inmunditia. neque in dolo. sed sicut probati
sumus a deo. ut crederetur nobis evangelium ita loquimur

non quasi hominibus placentes sed deo qui probat
corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone
adulationis sicut scitis, neque in occasione
avaritie deus testis est, nec querentes ab ho
minibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis
cum possemus oneri esse ut christi apostoli. Sed fac
ti sumus parvuli in medio vestrum. Tamquam si
nutrix foveat filios suos ita desiderantes
vos cupide volebamus tradere vobis non so
lum evangelium dei sed etiam animas nostras: quoniam
karissimi nobis facti estis. II

Memores enim estis fratres laboris nostri
et fatigationis. Nocte ac die operan
tes ne quem vestrum gravaremus predicavimus
in vobis evangelium dei. Vos testes estis et deus: quam
sancte et iuste et sine querela vobis qui credi
distis fuimus sicut scitis. Qualiter unumquemque
vestrum tamquam pater filios suos deprecantes
vos et consolantes testificati sumus ut ambu
laretis digne deo qui vocavit vos
in suum regnum et gloriam. Ideo et nos gratias a
gimus deo sine intermissione quoniam cum accepis
setis a nobis verbum auditus dei, acce
pistis non ut verbum hominum sed sicut vere est
verbum dei, qui operatur in vobis qui cre
didistis. Vos enim imitatores facti estis fratres
ecclesiarum dei que sunt in iudea in christo ihesu
quia eadem passi estis et vos a contribulibus
sicut et ipsi a iudeis, qui et dominum occiderunt
ihesum et prophetas et nos persecuti sunt et deo
non placent et omnibus hominibus adversantur
prohibentes nos gentibus loqui ut salve
fiant ut impleant peccata sua semper. Perve
nit enim ira dei super illos usque in finem. Nos
autem fratres desolati a vobis ad tempus hore et a
spectu non corde habundantius festinavimus
faciem vestram videre cum multo desiderio.
quoniam voluimus venire ad vos. Ego quidem
paulus et semel et iterum sed impedivit nos

sathanas. Que est enim nostra spes aut gau
dium aut corona glorie? Nonne vos ante
dominum nostrum ihesum christum estis in adventu
eius? Vos enim estis gloria nostra et gaudium.

Propter quod non sustinentes III
amplius placuit nobis remanere
athenis solis, et misimus timotheum
fratrem nostrum et ministrum dei in evangelio christi
ad confirmandos vos et exhortandos pro
fide vestra, ut nemo moveatur in tri
bulationibus istis. Ipsi enim scitis quod in
positi sumus. Nam et cum apud vos
essemus predicabamus vobis passuros
nos tribulationes, sicut et factum est et sci
tis. Propterea et ego amplius non sustinens
misi ad cognoscendam fidem vestram ne
forte temptaverit vos is qui temptat et
inanis fiat labor noster. Nunc autem veniente
timotheo ad nos a vobis et annuntiante
nobis fidem et caritatem vestram et quia me
moriam nostri habetis bonam semper deside
rantes nos videre sicut nos quoque vos,
ideo consolati sumus fratres in vobis in omni ne
cessitate et tribulatione nostra per fidem vestram,
quoniam nunc vivimus si vos statis in domino.
Quam enim gratiarum actionem possumus deo re
tribuere in omni gaudio quo gaudemus
propter vos ante deum nostrum nocte ac die habunda
tius orantes ut videamus faciem vestram
et compleamus ea que desunt fidei vestre. Ipse
autem deus et pater noster et dominus ihesus dirigat
viam nostram ad vos. Vos autem multipli
cet et habundare faciat caritate in invicem
et in omnes quemadmodum et nos in vobis ad confir
manda corda vestra sine querela in sancti
tate ante deum et patrem nostrum in adventu domini
nostri ihesu christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

De cetero ergo fratres rogamus IIII
vos et obsecramus in domino ihesu

ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo nos
oporteat ambulare et placere deo sicut et
ambulatis ut habundetis magis. Scitis
enim que precepta dederim vobis per dominum
ihesum. Hec est enim voluntas dei sanctifica-
tio vestra. ut abstineatis vos a fornica-
tione. ut sciat unusquisque vestrum suum
vas possidere in sanctificatione et honore.
non in passione desiderii sicut et gentes
que ignorant deum. Et ne quis supergre-
diatur neque circumveniat in negotio
fratrem suum. quoniam vindex est deus de hiis
omnibus. sicut prediximus vobis et testifica-
ti sumus. Non enim vocavit nos deus in inmun-
diciam sed in sanctificatione. Itaque qui hec
spernit non hominem spernit sed deum. qui etiam
dedit spiritum suum sanctum in nobis. De caritate
autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis.
Ipsi enim vos a deo didicistis ut diligatis
invicem. Etenim facitis illud in omnes
fratres in universa macedonia. V
Rogamus autem vos fratres ut habundetis
magis et operam detis ut quieti si-
tis. et ut vestrum negotium agatis et ope-
remini manibus vestris sicut precepimus vobis.
et ut honeste ambuletis ad eos qui foris
sunt. et nullius aliquid desideretis. No-
lumus autem vos ignorare fratres de dormientibus
ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non
habent. Si enim credimus quod ihesus mortuus
est et resurrexit. ita et deus eos qui dormi-
erunt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis
dicimus in verbo domini. quia nos qui vivimus
qui residui sumus in adventu domini non
preveniemus eos qui dormierunt. quoniam
ipse dominus in iussu et in voce archangeli et
in tuba dei descendet de celo. et mortui
qui in christo sunt resurgent primi. Deinde
nos qui vivimus qui relinquimur. simul
rapiemur cum illis in nubibus obviam christo
in aera. et sic semper cum domino erimus. Itaque con-
solamini invicem in verbis istis. De tempori-
bus autem et momentis fratres non indigetis ut
scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis
quia dies domini sicut fur ita in nocte veniet.
Cum enim dixerint pax et securitas. tunc
repentinus eis superveniet interitus. sicut
dolor in utero habenti. et non effugient. Vos
autem fratres non estis in tenebris. ut vos dies
illa tamquam fur comprehendat. Omnes enim
vos filii lucis estis et filii dei. Non sumus
noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus sicut
et ceteri. sed vigilemus et sobrii simus. Qui enim
dormiunt nocte dormiunt. et qui ebrii sunt
nocte ebrii sunt. Nos autem qui diei sumus
sobrii simus. induti loricam fidei et
caritatis et galeam spem salutis. quoniam non
posuit nos deus in iram sed in acquisitionem
salutis per dominum nostrum ihesum christum qui mor-
tuus est pro nobis. ut sive vigilemus sive dor-
miamus simul cum illo vivamus. Propter quod
consolamini invicem et edificate alterutrum
sicut et facitis. Rogamus autem vos fratres ut
noveritis eos qui laborant inter vos et presunt
vobis in domino. et monent vos. ut habeatis
illos habundantius in caritate. Rogamus
autem vos fratres. corripite inquietos. conso-
lamini pusillanimes. suscipite infirmos.
patientes estote ad omnes. Videte ne quis
malum pro malo alicui reddat. sed semper
quod bonum est sectamini invicem et in omnes.
Semper gaudete. sine intermissione orate.
in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas
dei in christo ihesu in omnibus vobis. Spiritum no-
lite extinguere. prophetias nolite spernere.
Omnia autem probate. quod bonum est tenete. Ab
omni specie mala abstinete vos. Ipse enim deus
pacis sanctificet vos per omnia. et ut integer

spc ut et aia et corp sine querela in adventu dni nri ihu xpi servetur. Fidel est qui vocavit vos qui etiam faciet. Fres orate p nob. Salutate fres omnes in osclo sco. Adiuro vos p dnm ut legatur epla hec omnibz sanctis fribz. Gra dni nri ihu xpi vobiscum.

Expl ep ad Thessalonic i.

Incip plo in ii ad thssa.

Ad thesalonicenses scdam scribit eplam apls et notu facit eis de temporibz novissimis et de adversarii detectione. Scribit hanc eplam ab athenis p titicum dyaconem et onesymu acolitum.

Incipit epla ad Thessalonicenses sa.

Paulus et silvanus et timotheus ecce thesalonicensiu in deo patre nro et dno ihu xpo. Gra vob a deo pre nro et domino ihu xpo. Gras agere debemus deo semp p vobis fres. ita ut dignu est. qm supcrescit fides vra et habundat caritas uniuscuiusq omniu vrm invicem. ita ut et nos ipi in vob glriemur in ecclis dei p patiia vra et fide in omnibz psecutionibz vris et tribulonibz qs sustinetis in exemplum iusti iudicii dei ut digni habeamini in regno dei. p quo et patimini. si tn iustum est ap dm retribue retributione hijs qui vos tribulant. et vob qui tribulamini requie vobiscum in revelatione dni ihu de celo cum angelis virtutis eius. in flamma ignis dantis vindictam hijs qui n noverunt dm et qui n obediunt ewo dni nri ihu x. Qui penas dabunt in interitu eternas a facie dni et a gla virtutis eius. cum venerit glrificari in scis suis. et admirabilis fieri in omnibz qui crediderunt. qr creditum est testimoniu nrm sup vos in die illo. in quo etia oram semp p vob ut dignos vos heat vocatione sua ds nr. et impleat omne voluntate bonitatis sue et opus fidei in virtute. ut clarificetur nom dni nri ihu xpi in vob. et vos in illo scdm gram dei nri et dni ihu xpi.

Rogamus aut II vos fres. p adventum dni nri ihu xpi. et nre congregationis in ipm. ut n cito moveamini a vro sensu. neq terreamini neq p spm. neq p sermone. neq p eplam tamq p nos missam. qi insteт dies dni. Nequis vos seducat ullo modo. Qm nisi venerit discessio primum. et revelatus fuit ho pcti filius pditionis. qui adversatur et extollit sup omne qd dicitur ds. aut qd colitur. ita ut in templo dei sedeat. ostendens se tamq sit ds. Non retinetis qd cum adhuc essem apd vos. hec dicebam vob. Et nunc quid detineat scitis. ut reveletur in suo tempe. Nam misterium iam opatur iniquitatis. Tantu ut qui tenet nunc teneat. donec de medio fiat. Et tunc revelabit ille iniquus. que dns ihc interficiet spu oris sui. et destruet illustratione adventus sui. eum cuius est adventus scdm opatione sathane in omni virtute. et signis et prodigiis mendacibz. et in omni seductione iniquitatis. hijs qui pereunt. eo qd caritate veritatis no receperunt. ut salvi fierent. Ideo mittet illis ds opationem erroris. ut credant mendacio. ut iudicentur omis qui n crediderunt veritati. s consenserunt iniquitati. Nos aut debem gras age deo semp